

BIBLIORUM SACRORUM

LATINÆ VERSIONES ANTIQUÆ

Num. 5. Cap. 3. num. 14

BIBLIORUM SACRORUM LATINÆ VERSIONES ANTIQUÆ, S E U VETUS ITALICA.

E T

Ceteræ quæcunque in Codicibus Ml. & antiquorum libris reperi poteruntur.

Quæ cum Vulgata Latina, & cum Textu Græco comparantur.

A C C E D U N T

Prefationes, Observationes, ac Notæ, Indexque novus ad VULGATAM è regione editam;
idemque locupletissimus.

Operâ & studio D. PETRI SABATIER, Ordinis Sancti Benedicti, è Congregatione
Sancti Mauri.

T O M U S P R I M U S



P A R I S I S.

Apud FRANCISCUM DIDOT, ad Ripam Augustiniensem,

ROMÆ, apud IOAN. BOUCHARD.

VENETIIS, apud IOAN. MANZEA.

MEDIOLANI, apud Raymundo & Colon.

COLONIAE AGRIPINÆ, apud METTERICH.

ULISSIPONI, apud FRATRES REVERSO.

MATRITO, apud JACOB. BARTHELEMI.

GADIRUS, apud LUNVIT, BONNARDEI.

ANTWERPIÆ, apud IOAN. HAESE, VERDUSSEN.

Ex Regia Regnat. Florentina Rheneolis Typographiâ.

M. D C E. L I.

CUM APPROBATIONE, ET PRIVILEGIO REGIS.





J. de Vérité, sculp. 1727.

CELSISSIMO
AURELIANENSIMUM
D U C I.



*UAS tibi delicias, PRINCEPS
CELSISSIME offerimus. Cas-
tæ nimirum deliciæ tuæ sunt
sacræ Scripturæ, quarum no-
vam hanc Editionem, CELSI-
TUDINI TUÆ dicatam, in
lucem emittimus. Quanquam has cœlestes aquas
dulcius ex ipsis fontibus bibas, Hebraïca & Græca
volvendo exemplaria; Latinam tamen Scripturarum*



P R A E F A T I O G E N E R A L I S.

I.



O ST Q U A M Evangelii lumen Gentibus illuxit, Græcique ac Latini ab Apostolis in Christi doctrina, singulari Dei beneficio, sunt instituti; tum necesse luit ut Eloquia Divina, quæ solis hactenus fuerant credita Judæis, Gentibus quoque, Græcis ac Latinis crederentur, ut & ipsi * loci radicis & pinguedinis olivæ fierent. Hinc brevi Scripturæ

Eloquia Divina
per Evangelii posse
dictionem credi-
ta sunt Gentibus.

* See.
11. 17.

sacrae ex Hebreo in Græcum, è Graeco in Latinum sermonem versæ sunt; ut Graeca possent legere, qui non nisi Græcè; & Latina, qui non nisi Latinè noverant. Haud equidem me latet jam antea olim aliquam exstisit Scripturarum interpretationem, quæ Septuaginta Interpretum verso appellatur, quæque notissima & celeberrima est. Verum præterquam quod illa interpretatio non totam atque integrum Scripturam, sed partem duntaxat aliquam Scripturæ complectebatur; certè, non nisi postquam ad Gentes in Christiana fide instituendas missi sunt Apostoli, prodiere Scripturarum interpretationes, quæ totas Scripturas seu Graeco seu Latino sermone redditas exhiberent. Tum verò simul cum Evangelii luce prodit, aut paulò post, aut aliquanto, si mavis, tempore subsecutus est ingens numerus codicum, qui Scripturas Græcè Latinèque redditas continebant, ut ad Græcorum Latinorumque hau- stus illæ in vitam æternam salientes aquæ decurrerent.

Proprietas ex Ho-
bito in Græcum.
è Graeco in Lat-
inum sermonem
versæ sunt Scri-
pturae.

II. Versiones omnes Græcas incredibili olim labore Origenes, & singulari industria, magnoque Ecclesiæ, de qua optimè meritus est, commodo collegit & vulgavit: Latinas verò qui colligeret, tam multis seculis inventus est nemo. Bene tamen de Ecclesia, ut ego quidem opinor, fuisset meriturus, quisquis idem in colligendis Latinis sacrae Scripturæ interpretationibus præstiuisset, quod in Græcis præstitit Origenes; magnum certè operæ pretium fuisset. Quamvis enim singularum interpretationum non idem sit meritum, nec tanta etiam omnium auctoritas, ut ipsis primigenius textus sit posthabendus; tamen quod pleniùs sacrae Scripturæ intelligantur, plurimum juvat, ut cum Augustino loquar, interpretum

In colligendis
sacrae Scripturæ
interpretationibus
meritum unius Eccle-
sie operæ impa-
tientur.